



Per.  
Lat  
020

Prodit Budapesti, 1. Lipótmezei-út 6. decies in anno.  
Pretium praesolvendi annum 4 tinnuli 80 filleri.

Megjelenik Budapesten, 1. Lipótmezei-út 6. tiszser  
egy évben. Előfizetési ára évi 4 Pengő 80 fillér.

## TE DEUM!

Adest iam dies laetissimus Sancti Petri et Pauli, cum finito anno scholastico ubique personat<sup>1</sup> tempa cantus discipulorum, qui psalmum<sup>2</sup> pulcherrimum ex imo pectore canunt: «*Te Deum laudamus!*»

Merito autem laudant Dominum tirones<sup>3</sup> parvi ac magni, quia hodie terminatur<sup>4</sup> labor decem mensium et coronatur opus commune magistrorum et discipulorum. Nunc subit mentem<sup>5</sup> cuiusque illud<sup>6</sup> Horatianum: «*Qui studet optatam<sup>7</sup> cursu contiengere<sup>8</sup> metam,<sup>7</sup> Multa tulit<sup>9</sup> fecitque puer, sudavit et alsit.*»

Nunc gaudent omnes, qui cursum<sup>10</sup> studiorum anni praeteriti diligenter peragebant et in singulis disciplinis<sup>11</sup> bonos progressus<sup>12</sup> probabant legibusque scholae rite<sup>13</sup> obtemperabant.

Post missam<sup>14</sup> solemnem iuvenes una cum magistris adeunt aulam,<sup>15</sup> quo se et

parentes aliique fautores<sup>16</sup> scholae conferunt.<sup>17</sup> Rector reddit<sup>18</sup> rationem anni scholastici, enumerat nomina eminentium discipulorum, mox distribuit praemia et stipendia inter eos, qui beneficio digni habentur. Tum hortatur iuvenes, ut recte ferias<sup>19</sup> magnas in usum<sup>20</sup> suum convertant et refectis<sup>21</sup> animis ac corporibus ad limina almae<sup>22</sup> matris redeant.

Denique unus discipulorum in medium<sup>23</sup> prodit et gratias agit rectori magistrisque pro cura et benevolentia, qua se et socios educaverint ac docuerint. Cantu<sup>24</sup> edito et ovatione<sup>25</sup> facta finitur annus.

Magistri aequa ac discipuli discedentes<sup>26</sup> salutant se vicissim atque omnia fausta<sup>27</sup> sibi precantur. *Iuventus* quoque valere<sup>28</sup> iubet lectores suos monetque rogalque, ut vacuis diebus etiam ephemeridis huiusce sint memores.<sup>29</sup>

*Aladarus Friml.*

<sup>1</sup> végig zeng a templomokon <sup>2</sup> dicsőítő éneket  
<sup>3</sup> növendékek <sup>4</sup> végződik <sup>5</sup> eszébe jut <sup>6</sup> az a horatius mondás <sup>7</sup> az óhajtott célt <sup>8</sup> elérni <sup>9</sup> szenvendet, elviselt <sup>10</sup> tanfolyamát <sup>11</sup> az egyes tantárgyakban <sup>12</sup> jó előmenetelt tanúsítottak <sup>13</sup> kellően <sup>14</sup> az ünnepélyes mise után <sup>15</sup> a díszterembe mennek.

<sup>16</sup> jóakarói <sup>17</sup> gyülekeznek <sup>18</sup> beszámol az iskolai évről <sup>19</sup> a nagy szünidőt <sup>20</sup> használják fel <sup>21</sup> felüdült lélekkel <sup>22</sup> jóságos anya, intézet <sup>23</sup> kilép a középre <sup>24</sup> énekszőval <sup>25</sup> örömnívánitással <sup>26</sup> távozóban <sup>27</sup> minden jót <sup>28</sup> jó egészséget kíván az olvasóknak <sup>29</sup> se feledkezzenek meg e lapról.

## Quaedam de lingua Latina ad amicas aures.

Equidem credo studiosam iuventutem in Hungaria Latinis litteris operam<sup>1</sup> dantem haud moleste<sup>2</sup> ferre, si de lingua Latina a multis his temporibus vituperata<sup>3</sup> paucis verbis disseram.<sup>4</sup> Etenim, ut multa silentio<sup>5</sup> praeteream, paucissima memorabo, quae merito linguam Latinam, si qua est hominum aequitas,<sup>6</sup> non sine iucundo<sup>7</sup> eventu commendent, eamque ab improbissimum hominum odio, calumniisque defendant.

Si ab omnibus intelligi et omnes intelligere velimus, omnibus omnium linguae sunt perdiscendae, quod fieri haud posse, quis non videt? Ea igitur lingua in usum omnium nationum cominodissime<sup>9</sup> sumenda nobis manet, quae diu ad perfectionem procedens, in summo culturae culmine<sup>10</sup> constitit, ac nulli amplius subiecta mutationi et formam et naturam constanter<sup>11</sup> ac perpetuo retinet. Quae<sup>12</sup> est Latina.

Improbis<sup>13</sup> sim, si negare audeam, linguam propriam cuique nationi carissimam

esse oportere; hanc esse notam<sup>14</sup> carissimam, per quam ab aliis distinguitur; hanc gemmam pretiosissimam, quam ubi perdiderit, ipsam vitam perdet: nunquam tamen a me impetrabitis,<sup>15</sup> ut eorum probem conamina,<sup>16</sup> qui, dum in excolenda patria lingua nervos<sup>17</sup> omnes intendent, Latinam linguam contemnunt, conviciisque<sup>18</sup> exagitant.

Hungarus es? Nosce te ipsum! Amato et colito linguam a maioribus hereditate relictam, quam si enim neglexeris, degener<sup>19</sup> eris filius, proditor<sup>20</sup> maiorum, non civis, sed hostis patriae nationisque, quae te genuit atque aluit. Ne tamen stulte<sup>21</sup> existimaveris illius vel cuiuslibet linguae occidentalis splendorem Latinā linguā obscurari: imo quemadmodum gemmae pretiosissimiae splendor ac

1 latin irodalommal foglalkozó 2 nem veszi rossz néven 3 ócsárolt 4 értekezem 5 hallgatással mellőzze 6 ha van az emberekben valami kis méltányosság 7 siker nélkül 8 lelketlen emberek gyülölködésétől és rágalmaitól 9 legmegfelelőbben 10 a műveltség legmagasabb fokán állapodott meg 11 állandóan 12 ez pedig a latin 13 bitang legyek 14 jelleg 15 nem fogjátok elérni tőlem 16 helyeseljelm azok törekvésein 17 minden erejüköt megfeszítik 18 gyalázák 19 körös 20 árulója öseidnek 21 balgán azt ne hidd.



## Certamina<sup>1</sup> avium.

Aves invidere<sup>2</sup> cooperunt hominibus inter se aemulantibus. Congregatae sunt itaque mense Junio etiam ipsae ad multifaria<sup>3</sup> certamina.

1. Primum genus certaminum erat in terra, id est *cursus*. In hoc genere bifarie<sup>4</sup> certatum est, scilicet: a/ celerrime<sup>5</sup> currando, b/ atque longissime<sup>6</sup> currendo.

Quocunque sunt cursores, fere omnes iniverunt certamina. In celerrime currendo iami-iam prima erat *coturnix*,<sup>7</sup> in longissime currendo *tarda*:<sup>8</sup> tum autem aliunde adfuit *struthio*,<sup>9</sup> qui utrasque devicit.

2. Secundum genus erat in aqua, id est: a/ certamen *natandi*,<sup>10</sup> et b/ certamen *vadandi*.<sup>11</sup> Anseres<sup>12</sup> et praecipue *cygni*<sup>13</sup> per pulchre quidem natabant, sed valde segniter.<sup>14</sup> Primus natatorum evasit *mergus*.<sup>15</sup> In vadandi certamine devicit *ciconia flamin-gonem*, quamqam hic longiores habet pedes.

3. Tertium genus erat in aere,<sup>16</sup> id est certamen *volandi*; etquidem hoc trifarie, scilicet: a/ celerrime, b/ longissime, et c/ altissime volandi.

a/ Certamen celerrime volandi brevissimo tempore ad finem<sup>17</sup> perductum est redditum que victricem *columbam*.

1 a madarak versenyei 2 írigykedni kezdtek a versenyző emberekre 3 sokrendbeli versenyekre 4 két irányban versenyztek 5 gyors futásban 6 távolfutásban 7 a fürf 8 a túzok 9 megjelent a struc 10 úszóverseny 11 gázlóverseny 12 a libák 13 hatytyúk 14 kényelmesen 15 első lett a búvármadár 16 a levegőben, azaz a repülőverseny 17 véget ért.

pretium<sup>22</sup> non minuitur, sed augetur, si auro includatur :<sup>23</sup> ita tuae linguae decus et elegantia<sup>24</sup> maiorem splendorem et gratiam<sup>25</sup> ac robur a linguae Latinae cognitione mutuatur.<sup>26</sup>

Ita credo illustrissimos et eruditissimos nationis nostrae in republica litteraria viros : Révay, Virág, Csokonai, Kölcsény, Berzsenyi, Alexander et Carolus Kisfaludy, Katona, Vörösmarty, Tompa, Petőfi, Jókai, Madách, Arany, Gyulai, Eötvös, Beöthy, deinde rerum publicarum<sup>27</sup> principes : Széchenyi, Deák, Kossuth, Tisza, Apponyi, Klebelsberg (minister cultus et publicae institutionis nostris temporibus), quorum memoriam nulla delebit aetas, famam immortalem consecutos vel consecuturos. Qui<sup>28</sup> nisi lectione et usu Latinarum litterarum mentem animumque excoluisserint, operibus suis nunquam tantum nominis honorem peperissent; nunquam, tam sublime<sup>29</sup> gloriae culmen<sup>30</sup> ascensissent!

Mens sana in corpore sano. Licet haec veritas nota sit omnibus ac demonstratione<sup>31</sup> minime indigeat, attamen pertimescendum<sup>32</sup> est, ne nostri iuvenes corporis cultui iusto plus dediti iustum corporis<sup>33</sup> exercendi mo-

b/ Ex longissime volando autem post longum modo tempus *hirundo*<sup>18</sup> ex Africa victrix reversa est.

c/ In altissime<sup>19</sup> volando alauda<sup>20</sup> aemulabatur aquilae. Sed haud aegre<sup>21</sup> superavit magna volucris<sup>22</sup> avem parvam.

Cum autem *aquila victrix* sese iam demittere<sup>23</sup> pararet, ecce repente evolavit ex sub<sup>24</sup> ala eius avicula<sup>25</sup> quaedam parvula — motacilla<sup>26</sup> troglodytes erat — et usque altius<sup>27</sup> subvolavit quam aquila, quae eam haud<sup>28</sup> animadversam secum adeo evexerat.<sup>29</sup> Fraudatrix<sup>30</sup> parva etiam postulabat, ut ipsa victrix atque regina avium agnosceretur.<sup>31</sup> Ignoscebant<sup>32</sup> ei tamen propter astutiam<sup>33</sup> et fraudem et hanc quoque insolentiam,<sup>34</sup> et irridebant eam.

Interea vero, dum aves longissime volantes ex Africa revertebantur, ex his domi residibus<sup>35</sup> nonnullae aemulationem<sup>36</sup> iniverunt pulchritudinis.<sup>36</sup> Huius autem aemula-

dum excedant et litterarum studia fastidire<sup>34</sup> incipient.

Esse modum in rebus, esse certos denique fines, docent viri doctissimi Romani; nec non<sup>35</sup> sequi nos oportere auream mediocritatem.

Accipiatis velim<sup>36</sup> a Livio praegnantia agendi<sup>37</sup> praecepta: imitemur nostros Brutus, Mucios, Fabios, innumerabiles alios, qui hanc rem publicam stabiliverunt, quos equidem in deorum immortalium coetu ac numero repono; amemus patriam, consulamus bonis, praesentes fructus neglegamus, posteritati servianus; speremus, quae volumus, sed quod acciderit, feramus; cogitemus denique corpus virorum fortium esse mortale, animi vero et virtutis gloriam sempiternam.

*Sebastianus Alex. Módy.*  
Quinque-Ecclesiis.

<sup>22</sup> és értéke <sup>23</sup> ha arányba foglalják <sup>24</sup> dísze és választékossága <sup>25</sup> kellemet <sup>26</sup> kölcsönöz <sup>27</sup> legföbb államférfiaink <sup>28</sup> már pedig ezek <sup>29</sup> szereztek volna <sup>30</sup> oly magas csúcsára <sup>31</sup> bizonyításra nem szorul <sup>32</sup> tartani kell tőle, hogy <sup>33</sup> a testedzésnek jogos mértékét <sup>34</sup> a tudományok művelését röhelleni kezdik <sup>35</sup> és bizony <sup>36</sup> szeretném, ha szívetekre vennétek <sup>37</sup> ezeket az életelvezetek.

tionis tristis exitus fuit taetra rixa<sup>37</sup> inter pavonem atque gallopavonem.<sup>38</sup>

Finis denique horum Olympiorum valde pulcher fuit. Aves nempe canorae<sup>39</sup> suavisimam concertationem<sup>40</sup> cantus fecerunt, cuius victrix evasit *luscinia*.<sup>41</sup>

Latine convertit *Helena Gyöngyös*  
da. VII. cl. thyg. gymn.

<sup>18</sup> a feeske <sup>19</sup> a magas repülésben <sup>20</sup> a pacsirta versenyzett a sassal <sup>21</sup> könnyen <sup>22</sup> madár <sup>23</sup> leereszkedni készült <sup>24</sup> szárnya alul <sup>25</sup> egy kicsike madárka <sup>26</sup> az ökörszem volt az <sup>27</sup> s még magasabbra felszállt <sup>28</sup> észre sem véve <sup>29</sup> felvitte <sup>30</sup> a kis csaló <sup>31</sup> hogy őt ismerjék el <sup>32</sup> megbocsátották neki <sup>33</sup> fursangossága miatt <sup>34</sup> szemtelenségét is <sup>35</sup> az itthonmaradottak közül <sup>36</sup> szépségversenyt kezdték <sup>37</sup> ocsmány veszekédés <sup>38</sup> a pulyka <sup>39</sup> az éneklőmadarak <sup>40</sup> dalosversenyt <sup>41</sup> a fülemlé.

\*  
*Aquila non captat muscas.*

\*  
*Una hirundo non facit ver.*

## EX ARCHIVO RELIGIOSO

*Aurelius Augustinus* natus est die 13. Novembris anni post Chr. n. 354-ti, etquidem *Thagaste\** in Numidia. Patris nomen *Patricius*, matris *Monica*. Pater paganus erat, mater Christiana.

*Augustinus* legere, scribere in loco natali, grammaticam<sup>1</sup> *Madauris*, rhetoricae<sup>2</sup> *Carthagine* didicit. Hic corrupti<sup>3</sup> mores iuventutis et ipsum corruerunt, — ad gravissimum piae matris dolorem.

Mox lectione dialogi<sup>4</sup> Ciceronis, qui inscriptus erat «Hortensius», reductus est ad sublimiora<sup>5</sup> petenda. Nec tamen sine errore. Philosophando nempe primum sectae Manichaeorum se adiunxit.<sup>6</sup>

Stationes vitae Augustini posthac: *Thagaste*, *Roma*, *Mediolanum*, *Hippo*. *Thagaste\** Mediolanique magister erat eloquentiae.<sup>7</sup> Mediolani precibus<sup>8</sup> matris et praedicationibus Sancti Ambrosii episcopi conversus<sup>9</sup> est e Manichaeismo ad veram fidem Christianam catholicam.

Defuncta<sup>10</sup> matre *Sancta Monica* remigravit Augustinus in patriam suam, ubi *Hippone*<sup>11</sup> primum presbyter<sup>12</sup> deinde anno 395-to episcopus<sup>13</sup> est factus. Anno circiter 400-simo hic suas *Confessiones*<sup>14</sup> scripsit, quibus non solum Deo sua peccata, sed etiam Deum hominibus vult confiteri. Inter plurinia Sancti Augustini opera praestantissima sunt haec iam dictae *Confessiones* atque illud alterum *De civitate*<sup>15</sup> *Dei*.

Mortuus est Augustinus anno 430-mo die 28. Augusti. Colitur inter Santos Patres<sup>16</sup> Ecclesiae.

### Specimen<sup>17</sup> e Confessionibus.

(Lib. IX. cap. 12. complorans<sup>18</sup> matrem.)

Premebam<sup>19</sup> oculos eius, et confluebat<sup>20</sup> in praecordia<sup>21</sup> mea maestitudo ingens, et transfluebat<sup>22</sup> in lacrimas; ibidemque oculi mei violento<sup>23</sup> animi imperio<sup>23</sup> resorbeant<sup>24</sup> fontem suum usque ad siccitatem,<sup>25</sup> et in tali luctamine<sup>26</sup> valde male<sup>27</sup> mihi erat.

— — — — —  
Deinde dormivi et vigilavi<sup>28</sup> et non parva ex parte mitigatum<sup>29</sup> inveni dolorem meum

atque, ut eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosii: Tu es enim

*Deus, creator omnium*      *Artus solutos*<sup>33</sup> *ut quies,*  
*Polique*<sup>30</sup> *rector, vestiens*<sup>31</sup>      *Reddat laboris usui,*  
*Diem decoro lumine,*      *Mentesque fessas*<sup>34</sup> *allevet,*  
*Noctem sopora*<sup>32</sup> *gratia:*      *Luctuque solvat anxios.*<sup>35</sup>

Atque inde paulatim reducebam<sup>36</sup> in pristinum sensum<sup>37</sup> ancillam<sup>38</sup> Tuam conversationemque<sup>39</sup> eius piam in<sup>40</sup> Te Sancte, et in<sup>41</sup> nos blandam atque morigeram,<sup>42</sup> qua subito destitutus<sup>43</sup> sum; et libuit<sup>44</sup> flere in conspectu Tuo de illa et pro illa, de me et pro me.

Et quas continebam, dimisi<sup>45</sup> lacrimas, ut effluerent, quantum vellent, substernens<sup>46</sup> eas cordi meo. Et requievit in eis, quoniam ibi erant aures<sup>47</sup> Tuae, non cuiusquam hominis superbe interpretantis ploratum meum.

Et nunc, Domine, confiteor Tibi in litteris. Legat, qui volet;<sup>48</sup> et interpretetur, ut volet;<sup>48</sup> et si peccatum invenerit, flevisse<sup>49</sup> me matrem exigua parte horae, matrem oculis<sup>50</sup> meis interim mortuam, quae me multos annos fleverat, ut oculis<sup>51</sup> Tuis viverem: non irrideat,<sup>52</sup> sed potius, si est grandi<sup>53</sup> caritate, pro peccatis meis float ipse ad Te, Patrem omnium fratrum Christi Tui.

\* *Thagasteban*      1 megfelel a mai középiskolának  
 2 megfelel a mai főiskolának      3 romlott erkölcséhez  
 4 párbeszédes bőlcsekdedésének olvasása által      5 magasabb rendű törekvésekre      6 csatlakozott      7 az ékes-  
 szólásnak      8 imádsága folytán      9 megtért      10 miután  
 elhalálózott      11 Hippóban      12 lelkész      13 püspök  
 14 Vallomásait      15 az Isten államáról; összevetendő  
 Platon Államával (*πολιτεία*)      16 egyházatgyak közt  
 17 személyén      18 sirató      19 lefogtam szemeit      20 összetöröldött  
 21 szivembé      22 s már-már átömlött könynyekbe      23 lelkem erőszakos parancsszavára      24 felitták szemeim forrásuk vizét      25 a kiszáradásig      26 s  
 ebben a lelkei tusában      27 nagyon nagy gyötrelmem volt  
 28 hol aludtam, hol virrasztottam      29 megenyhültnek  
 30 az ég sarkának (forgásának) kormányzója      31 ki  
 felruházod      32 szenderítő kegyességgel      33 hogy lankadt  
 tagjainkat a pihenés munkabírára visszaerősítse  
 34 fáradt elményeket felüdítse      35 s a gyászból feloldja  
 a búslakodókat      36 visszaidéztem      37 régi érzésvilág-  
 gomba      38 a Te szolgálatot (anyámat)      39 társalgását  
 40 Te rád való vonatkozásban jámbor      41 mi ránk való  
 vonatkozásban szelid és      42 alkalmazkodó      43 meg-  
 fosztattam      44 és megengedtem magamnak a sírást a  
 Te színd előtt      45 megeresztem      46 alája terítve  
 azokat szívemnek      47 mert ott a Te fülei voltak  
 nem pedig...      48 «velit» helyett      49 hogy megsirattam  
 50 aki elhalt az én szemeim elől      51 hogy a Te szemeid  
 előtt éljek      52 ne gúnyoljon      53 ha nagy szeretettel van

## Arx Buda recuperata.\*

Anniversarium<sup>1</sup> octogesimum celebravimus die XXI. mensis Maii in memoriam gloriosissimorum patriae defensorum, qui illa die anni MDCCCXLIX. fortitudine insuperabili<sup>2</sup> arcem Budam a caesareo<sup>3</sup> exercitu munitam impetu acerrimo expugnabant et recuperabant.

Vix enim radiis solis montes Budae collustrabantur,<sup>4</sup> cum legiones Hungarae, adhortante Görsei generalissimo<sup>5</sup> duce,<sup>6</sup> certatim in moenia alta arcis ineurrerunt. Atrox lucatio<sup>6</sup> ubique orta est circum muros, nam hostis summis viribus arcem tenere voluit. Tripartito<sup>7</sup> milites nostri arcem aggressi sunt, etquidem pars copiarum, imperante Kmety, a Danubio ascendere conabantur; in portam Viennensem<sup>8</sup> Alexander Nagy impetum fecit cum suis tironibus;<sup>9</sup> ab occidente vero cohortes tertii et noni vexilli,<sup>10</sup> quamvis aegrotante duce suo Damjanich, imperterriti in alta munimenta se cum ingenti ardore<sup>11</sup> attollebant. Multi militum de scalis<sup>12</sup> detrusi<sup>13</sup> et praecipites<sup>14</sup> in terram lapsi sunt.<sup>14</sup> Tamen vicit virtus nostrorum. Castella<sup>15</sup> arcis iam pridem vi tormentorum<sup>16</sup> labefacta non poterant diutius resistere. Mox etiam defensor arcis nomine Hentzi letali<sup>17</sup> ferro ictus cecidit, praesidium<sup>18</sup> quoque magna ex parte caesum aut vulneratum est, ita ut hora septima diei iam tricolores<sup>19</sup> Hungarici ubique muros ornaverint, nunciantes Budam e manibus hostium Austriacorum fortiter erepatam et recuperatae carae libertati Hungaricae iam redditam esse.

Milites invicti, tot annis labentibus,<sup>20</sup> omnes fere iam vita decesserunt: at memoriam aeternam meriti sunt clarissimis belli<sup>21</sup> virtutis exemplis, quae nos admonent viros, qui vitam et sanguinem pro patria obtulerint, in paginis<sup>22</sup> annalium semper victuros<sup>23</sup> esse.

Aladarus Friml.

\* Budavár visszavétele 1 évforduló 2 felülmúltatlan 3 esászári 4 megvilágítottak 5 fővezér 6 kúzdelem 7 három oldalról 8 a bécsei kapu ellen 9 újoncaival 10 zászlóvalj 11 lendülettel 12 a létrákról 13 letaszítva 14 hanyatt lezuhantak 15 a bástyák 16 az ágyúlövésék erejétől meglazítva 17 halálos 18 örség 19 háromszínű zászlók 20 oly sok év multával 21 hadi 22 lapjain 23 élni fognak.

## Specimen ex Anonymi Belae regis notarii Gestis Hungarorum.

XXVI. Quomodo contra Gelu<sup>1</sup> itum est.

Tunc Tuhutum<sup>2</sup> audita bonitate terrae illius, misit legatos suos ad ducem Arpad, ut sibi licentiam daret ultra silvas<sup>3</sup> eundi contra Gelou<sup>4</sup> ducem pugnare. Dux vero Arpad, inito consilio, voluntatem Tuhutum<sup>5</sup> laudavit et ei licentiam ultra silvas contra Gelou pugnare concessit.

Hoc dum Tuhutum audivisset a legato, praeparavit se cum suis militibus, et dismissis<sup>6</sup> ibi sociis suis egressus<sup>7</sup> est ultra silvas versus orientem<sup>8</sup> contra Gelou ducem blacorum.<sup>9</sup> Gelou vero dux ultrasilvanus audiens adventum eius congregavit exercitum suum et cepit velocissimo cursu equitare obviam ei, ut eum per portas Mezesinas<sup>10</sup> prohiberet. Sed Tuhutum uno die silvam pertransiens ad fluvium Almas<sup>11</sup> pervenit. Tunc uterque exercitus ad invicem<sup>12</sup> pervenerunt, medio fluvio interiacente. Dux vero Gelou volebat, quod ibi eos prohiberet cum sagittariis<sup>13</sup> suis.

XXVII. De morte Gelu.<sup>1</sup>

Mane autem facto Tuhutum ante auroram divisit exercitum suum in duas partes et partem alteram misit parum superius, ut transito fluvio militibus Gelou<sup>14</sup> nescientibus pugnam ingrederentur. Quod sic<sup>15</sup> factum est.

Et quia levem habuerunt transitum, utraque acies ad pugnandum pervenerunt.<sup>16</sup> Et pugnatum est inter eos acriter, sed victi sunt milites ducis Gelou, ex eis multi interfici, plures vero capti.

Cum Gelou dux eorum hoc vidisset, tunc pro defensione vitae cum paucis fugam cepit. Qui cum fugeret properans ad castrum suum iuxta fluvium Zomus<sup>17</sup> positum,

1 Gyelő 2 Töhötöm 3 az erdőkön túl, Erdélybe 4 ragozatlanul accusativus 5 ragozatlanul genitivus 6 otthagyva 7 kivonult 8 kelet felé 9 erdei pásztorok vezére ellen; ugyancsak a pásztori életmódjukról hívták blachoknak, vlachoknak, oláhoknak későbben a Balkánról Erdélybe lopódzott rumunyokat is 10 a Meszes-kapunál 11 az Almás folyóhoz 12 egymás elő, szembe 13 a nyilasaiyal 14 itt genitivus 15 ami így is történt 16 (a két sereggel érteleм szerint egyeztetve) 17 szamosmenti enődjéhez.

milites Tuhutum audaci cursu persequentes ducem Geloum iuxta fluvium *Copus*<sup>18</sup> interfecerunt.

Tunc habitatores terrae videntes mortem domini sui, sua propria voluntate dexteram dantes dominum sibi elegerunt Tuhutum, patrem Horca.<sup>19</sup> Et in loco illo, qui dicitur *Esculeu*,<sup>20</sup> fidem cum *iuramento* firmaverunt; et a die illo locus ille nuncupatus est *Esculeu*, eo quod ibi iuraverunt.

Tuhutum vero a die illo terram illam obtinuit pacifice et feliciter.

Sed posteritas eius usque ad tempora sancti regis Stephani obtinuit.

Tuhutum vero genuit<sup>21</sup> Horcam, Horca genuit Geulam et Zubor. Geula genuit duas filias, quarum una vocabatur Caroldu, et altera Saroltu; et Sarolt fuit mater sancti regis Stephani.

Zumbor vero genuit minorem Geulam patrem Buae et Bucnae, tempore cuius sanctus rex Stephanus subiugavit sibi terram ultrasilvanam.

<sup>18</sup> a Kapus folyó mellett    <sup>19</sup> ragozatlanul genitivus  
<sup>20</sup> Esküllő    <sup>21</sup> nemzé.

### Valedictio.

Vale cara, bona schola !  
Non diu maerebis<sup>1</sup> sola :  
Nos quidem, nuper<sup>2</sup> maturi,  
Longe<sup>3</sup> sumus abituri,  
At redibunt reddituri . . . .

Vosque, optimi, valete  
O magistri et prophetae  
Mentium et animarum,  
Morum et scientiarum ;  
Iuventutis lumen clarum !

Iam, carissimi sodales,<sup>4</sup>  
Tot per annos conscholares,<sup>5</sup>  
Valedictum sit et vobis ! . . .  
Dispergemur<sup>6</sup> quisque quovis  
Hungrici sub aura<sup>7</sup> Iovis . . . .

*Emeritus Diacus.*

<sup>1</sup> fogsz búsalni egyedül    <sup>2</sup> akik a minap érettségi tűnök    <sup>3</sup> messzire    <sup>4</sup> pajtások    <sup>5</sup> osztálytársak  
<sup>6</sup> elszéledünk ki merre    <sup>7</sup> a magyar ég alatt

### Certamina studiorum.

Eventum septimi certaminis studiorum regnicolarium<sup>1</sup> viginti viri scrutandis<sup>2</sup> argumentis praeside<sup>3</sup> *Eugenio Pintér* rectore superiore<sup>4</sup> districtus<sup>4</sup> literarii Budapestini hoc modo proclamaverunt :<sup>5</sup>

*Primum locum* inter quinquaginta scholas Budapestinas et regionales<sup>6</sup> *gymnasium Budapestinum Augustanae confessionis* obtinuit, cuius discipuli victores septemdecim (17) puncta<sup>7</sup> tulerunt.

*Secundus locus* obvenit<sup>8</sup> *gymnasio reali* or publico *V-tae regionis de Danielo Berzsenyi* cum quindecim (15) punctis.

*Tertiis facti* sunt discipuli *gymnasii Cisterciensium Budapestini de Sto Emerico et thygatroliceum Budapestinum de Maria Theresia* 14—14 punctis.

*In quartum locum* proiectum<sup>9</sup> est *gymnasium scholarum piarum*<sup>10</sup> *Budapestinum* et *schola realior Budapestina VI-tae regionis de Sigismondo Kemény* cum 13—13 punctis.

*Quintum locum* adepti sunt discipuli *gymnasii Helveticae*<sup>11</sup> *confessionis Budapestini*, itidemque<sup>12</sup> *gymnasii realioris Budapestini I-mae regionis de Stephano Verböczy*, nec<sup>13</sup> non *scholae realioris Budapestinae IV-tae regionis de barone Josepho Eötvös* cum 10—10—10 punctis.

*In sexto loco* positum est *gymnasium realius Budapestinum VI-tae regionis de Francisco Kölcsy*, itidem *IX-nae regionis de Andrea Fáy*, denique *thygatrogymnasium Budapestinum IV-tae regionis a Sancta Maria*, cum 6—6—6 punctis. *Aladarus Friml.*

<sup>1</sup> országos tanulmányi versenyek    <sup>2</sup> húsztagú bíráló bizottság    <sup>3</sup> elnöklete alatt    <sup>4</sup> bpesti tankerületi főigazgató    <sup>5</sup> hirdette ki    <sup>6</sup> vidéki    <sup>7</sup> pontot nyertek    <sup>8</sup> jutott    <sup>9</sup> került    <sup>10</sup> kegyesrendi    <sup>11</sup> reformatú    <sup>12</sup> ugyancsak    <sup>13</sup> nemkülönben

### De valore scientiarum.

Aristoteles interrogatus quondam, quid sit scientia, hisce metaphoris respondit :

Scientia est arbor, cuius amarae sunt radices, sed dulces sunt fructus.

Scientia est thesaurus in rebus secundis, solamen in rebus adversis.

— Addere licet hodie: Scientiae sunt arma...



## EX DIURNIS

**Exitium<sup>1</sup> machinae volantis.** Machina volans, qua viatores Budapesto Viennam et retro vehi solebant, intra insulam Csepel et pontem Danubii viae ferratae<sup>2</sup> in flumen delapsa et fluctibus absumpta est.<sup>3</sup> Calamitas<sup>4</sup> terribilis hora fere septima vespertina<sup>5</sup> observata<sup>6</sup> est, cum homines in ripa Danubii ambulantes machinam repente titubare<sup>7</sup> et mox praecipitem celeriter in profundum<sup>8</sup> desilire<sup>9</sup> videbant.

Nullo auxilio humano prohiberi poterat, quominus una cum machina etiam gubernator et unicus vector, dentium<sup>10</sup> magister quidam, in fluctibus demergerentur.<sup>11</sup> Quae fuerit causa huius miserrimi casus, nunc

**Donum Mussolinii.** Jam in tertio *Iuentutis* Nº, qui prodiit pro Decembri 1928., nuncium<sup>1</sup> apportavimus de columna, quam e columnis Fori Romani electam dono missurus erat nobis dux Italorum Mussolini. Advenit iam ad nos columna illa; erecta est in horto Musei<sup>2</sup> Gentici atque inaugurata<sup>3</sup> festive exeunte<sup>4</sup> mense Maio. Stat iam itaque stabitque ad multa saecula symbolum hocce monumentumque amicitiae Hungro-Italicae ex adversum<sup>5</sup> dextero muro scalarium<sup>6</sup> Musei, in quo stans — indice<sup>7</sup> tabula marmorea — Idibus Martii anni 1849. Petőfi Carmen<sup>8</sup> Gentis declamavit.

Dicata<sup>9</sup> et inscripta est columna Hungarice et Italice «In memoriam legionis Italicae, quae anno 1849. sub imperio colonelli<sup>10</sup> baronis Alexandri Monti

magistratus, ad quos pertinet, diligenter investigant. Verisimile est machinam, alis vi quadam adhuc ignota decerpis,<sup>12</sup> aequilibrium<sup>13</sup> servare non potuisse et ipso onere in praeceps<sup>14</sup> raptam esse.<sup>14</sup>

Maxime miserandi<sup>15</sup> sunt homines infelissimi, quorum corpora casu<sup>16</sup> horribili diserpta<sup>17</sup> nunquam forte invenientur.


*Aladarus Friml.*

<sup>1</sup> pusztulás    <sup>2</sup> vasúti    <sup>3</sup> elnyelegett    <sup>4</sup> szerencsét-lenség    <sup>5</sup> esti    <sup>6</sup> figyeltetett meg    <sup>7</sup> ingadozni    <sup>8</sup> a mélysége    <sup>9</sup> lezuhanni    <sup>10</sup> fogtechnikus    <sup>11</sup> el ne merüljenek    <sup>12</sup> mivel szárnyai leváltak    <sup>13</sup> egyensúlyát    <sup>14</sup> lezuhant    <sup>15</sup> sajnálatraméltók    <sup>16</sup> eséstől    <sup>17</sup> szétszaggatva

fraternis Italorum-Hungarorumque iunctis armis fortiter fundebat sanguinem pro independentia<sup>11</sup> communi.»

Genius Alexandri Petőfi adagio<sup>12</sup> libertatis salutat hospitem vicinum Alaxandri Monti genium.

<sup>1</sup> hírt hoztunk    <sup>2</sup> Nemzeti Múzeum    <sup>3</sup> felavattatott ünnepélyesen    <sup>4</sup> május vége felé    <sup>5</sup> szemben    <sup>6</sup> a Múzeum lépcsőzetének jobb oldalfával    <sup>7</sup> a márványtábla jelzése szerint    <sup>8</sup> a Nemzeti dalt, vagy más-ként Talpra maggart szavalta    <sup>9</sup> szánva    <sup>10</sup> ezredes    <sup>11</sup> a közös függetlenségről    <sup>12</sup> jelszavával



*Ex machina Arpadi Illés de Edvi.*

**Certamen canendi** regnolare fuit exeunte Junio Debrecini. Decem milia cantorum ibi ex omnibus regionibus Hungariae congregata sunt. Suavissimos cantus singuli chori in nobili hac aemulatione producebant: sed sublimissime sonabat *Hymnus* noster ab universo choro decem nūlium cantatus.

## Solutiones aenigmatum Numeri 6.

- I. DĒ CĀNĒ|CĀNĒ CĀ|NĪS: || NĒ CĀ|NĒS CĀNĒ|CĀNĒ DĒ|CĀNĒ!  
 II. PÔMÄ DÄT|ÄUTÜ|MNUŠ; || FÔR|MÔSA EST|MËSSIBÙS|ÄESTAS:  
 VĒR PRAE|BET FLÔ|RÈS; || ÏGNÈ LÈ|VATUR HÌ|EMS;  
 III. ASPI|CE, N AM RA|RO MIT|TIT TIM|OR AR|MA N|EC IPSA.  
 IV.      4, 1, 14, 3, 6 = canis  
           23, 9, 16, 18, 1 = arena  
           7, 13, 15, 19, 5, 2 = circum  
           10, 8, 21, 26, 23 = terra  
           24, 1, 17, 30, 12 = Caius  
           29, 20, 27, 25, 31 = tener  
           28, 22, 11, 21 = itur.

1—31 = Amicus certus in re incerta cernitur.

- V. 1. Plato      6. Tacitus  
 2. Roma      7. Eris  
 3. Athenae      8. Lycurgos  
 4. Xenophon      9. Electra  
 5. Icarus      10. Sinon.

Nomen praecclari sculptoris Graeci:  
PRAXITELES.

## Solutiones aenigmatum Numeri 7.

- I. Sal, avis, lego, lepus, usus, sus, turris, ira, ursus, sic — Nomen rerumscriptoris Romani = Sallustius.  
 II. Tempora mutantur, et nos mutamur in illis.  
 III. Ad rivum eundem lupus et agnus venerant siti compulsi; superior stabat lupus longe inferior agnus. — IV. Catena.  
 Aenigmata Numeri sexti atque septimi recte dissolverunt fere omnes iidem, quorum nomina inter solutores aenigmatum numerorum priorum legebantur.



## AENIGMATA.

I.



III. Quid hoc?

Sursum iactum<sup>1</sup> erat album:  
Ast,<sup>2</sup> cum decidit, est galbum.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> feldolva <sup>2</sup> de <sup>3</sup> sárka <sup>4</sup> hehezettel kezdye <sup>5</sup> tévékeny <sup>6</sup> kezdőbetűvel <sup>7</sup> sárka <sup>8</sup> az erdős hegylalak durva telepesévé tesz <sup>9</sup> ha p az elém esattolt <sup>10</sup> jegyem <sup>11</sup> és koldus <sup>12</sup> a hasonló hangzásúaknak sorozatát <sup>13</sup> kinyitja, megoldja.

V. Ad saltum equulei.

*Ar	no	que	ta	nit	jae	pro
ja	I	La	Tro	fu	li	li
rum	ma	ca	ve	qui	to	mus
ris	vin	vi	gus	ab	to	am
↗	que	o	ra	fa	pri	×



IV. Quae sint istae?

Sive praespirata,<sup>4</sup> sive sine h—a  
 Sum domūs eadem gnava<sup>5</sup> domina.  
 C initiali<sup>6</sup> mollis, flava<sup>7</sup> sum;  
 F facit colonam<sup>8</sup> rudem saltuum.  
 P mihi character<sup>9</sup> est si praefigus,<sup>10</sup>  
 Portat me viator atque mendicus.<sup>11</sup>  
 Similis orum<sup>12</sup> s iam seriem  
 Simul atque claudit, reserat<sup>13</sup> idem.



Constructor ephemeridis: JOSEPHUS IRSIK.

Budapest, I., Lipótmezei-üll 6.  
ad quem litterae quaecunque mittantur.

Administratio ibidem.

Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A Katholikus

Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: STEPHANUS ACSAY DR., elnök.)